



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

18. An mulæ sint monstra, & num naturaliter pariant?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

Et quia de mulis mentionem fecimus, quæri potest, an non & ipsæ mulæ in monstrorum censu sint ponendæ? Certè eas à natura deviare ostendunt progenitores, & sterilitas eorum; licet, quia consuetæ, & ordinarij talium parentum partus, vulgo pro monstris non habeantur. Observatum est, ait Plinius, e duobus diuersis generibus nata, tertij generis fieri, & nemtri parentum esse similia: eaq; ipsa, qua sunt ita nata, non gignere. Idcirco mulas non parere. Est in annualibus nostris, peperisse sepe, verum prodigijs loco habitum. Theophrastus vulgo parere in Cappadocia tradit: sed esse id animal ibisui generis.

Inter homines monstra existere deformantia naturam, experientia testatur quotidiana. Adstipulatur & D Augustinus, quo memorante, apud Hippomenum natus est homo quasi lunatas habens plantas, & in eis binos tantummodo digitos, similes & manus. Qui idem Pater eodem loco ait: Ante annos aliquot, nos frater certè memoria, in oriente duplex homo natus superioribus membris, inferioribus simplex. Nam duo erant capita, duo pectora, quatuor manus, venter autem unus, & pedes duo, sicut unū homini: & iam diu vixit, ut multos ad eum videndum fama contraheret. Quod cum ita sit, apparet nihil nimiū fixissile Poëtas, quando ab illis forma tricorporis umbra Geryonis est introducta. Certè, apud Cedrenum, Imperantibus Constantino Leonis Philosophi Imp. F. & Romano Lacapeno, ex Armenia allatum est monstrum, Constantinopolim, pueri masculi concreti, uterini, ijjz, ut infelix omen, urbe sunt electi. Redierunt sub Constantino: & cum alter mortuus esset, peritioris medici cadaver à viuo resecerunt, parum tamen diu alter superuixit. Visi sunt & alij monstrosi vel partus, vel euentus. Inter initia Marsici belli peperit quædam ancilla serpente. Hæreticus alioquin author scribit. An. 1552. in Hassia Witzenhauſia, tertio post festum trium Regum die, infantem masculum bicipitem, collo duplice, duobus capitisib[us] ac corpore optimè cum reliquis membris composito natum; cuius monstri occasione, nouum in ea prouineia Euangelium monströsè nobilitat.

Aiunt, Romæ, in quodam tumultu, infantem semestre, in foro boario triumphum proclamâsse: Alium cum elephantino capite natum. Verumque monstrum erat. De infantibus ante

M m m m z tempus

## XVIII.

Plin. lib. 8.  
nat. hist. c. 44.

## XIX.

S. Augustin:  
lib. 16. de ci-  
uit. c. 8.

Sil. lib. 3.  
Virgil. lib. 6.  
Æneid.

Io. Gualter:  
in Chron. de  
prodigijs &  
ostentis. An.  
1552. lib. 2.

## XX.

Valer. Max.  
lib. 1. cap. 6.